

H

H

nerationes enumerauit. lucas uero quinquaginta. et quod palias
 personarum matheus. palias lucas generatione manasse desepserit.
 In quo illud potest probari quod diximus. quod cum alios matheus maiores
 dicitur generis. alios uero lucas in ordine generationis texuerit.
 ab abraham tamen uel reliquis auctoribus generis utique signauit. Id
 uero psalomonem matheus generatione deriuanda putauit. lucas
 et pnathan. alteram regalem. alteram sacerdotalem christi familiam ui
 det ostendere. Quod non na accipe debemus. quod alterum altero uerit?
 s; alterum alteri pari fide ueritate recordat. fuit enim uere
 uel secundum carnem regalis uel sacerdotalis familie. rex ex regibus. sa
 cerdos ex sacerdotibus. Licet oraculum non de carnalibus s; de celesti
 bus exprimat. quomodo rex in diuinitate letatur. cui iudicium a pa
 tre rege deferret. Et sacerdos est in eternum secundum quod scriptum est. tu es sa
 cerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Bene ergo utique. tenu
 it fide. ut matheus per reges ductam origine compararet. et lucas per
 sacerdotes a deo transmissam in christum serie generis deducendo san
 ctorem ipsam originem declararet. Simul in hoc quoque. ut tunc figura
 signat. quod ubique sacerdotale mysterium putat esse seruandum.
 Hec mireris. si ab abraham plures secundum lucam successiones usque
 ad christum. pauciores secundum matheum. cum palias personarum gene
 ratione fatentur esse decursam. Potest enim fieri ut alii longeuam
 transegerint uitam. alteri uero generationis uiri. immatura etate
 decesserint. cum uideamus esse plures senes cum suis nepotibus uiue
 re. alios uero uiros statim filiis obire susceptis. Illud quoque. aduer
 timus. quod si matheus iacob qui fuit pater ioseph filium mathan esse
 memorauerit. lucas uero ioseph cui desponsata erat maria fili
 um heli. heli autem filium melchi esse desepserit. Quomodo unius duo
 patres. idem heli et iacob. Quomodo et duo patrum aui. mathan
 et melchi. S; si sequaris. inuenies quod iuxta preceptum legis
 ueteris duo fratres diuersos filios uterinos ex una uoxore